DE TEMPORUM BELLI MITHRIDATICI PRIMI RATIONE

DISSERTATIO

QUAM

AD

RITE OBTINENDOS SUMMOS IN PHILOSOPHIA

HONORES

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

Adolph Karl Wilhelm

A. C. W. EMPERIUS

BRUNOPOLITANUS

SOCIETATIS GRAECAE,

SEMINARII REG. PHILOL. LIPSIENSIS ET BEROLINENSIS

ET SOCIETATIS PHILOLOG. GOTTING. SODALIS.

GOTTINGAE

TYPIS DIETERICHIANIS.

MDCCCXXIX.

Trans. from
D. S.
June 7. 1881.

Exorta lis est inter viros doctos, quo anno Athenae a Sulla expugnatae sint. Qua de re, quoniam totius belli Mithridatici primi chronologia hac quaestione continetur, accuratius egerunt Freretus (sur la date de la prise d'Athènes par L. Cornelius Sulla) [1]) et De la Nauze (examen des Observations sur l'époque d'une ancienne inscription apportée de Tripoli) [2]) qui in alia omnia discessit. Freretus enim cladem Atheniensium in anno 87 a. Ch. collocavit; De la Nauze in a. 86, quae sententia ante Dodwellum obtinebat. Denique J. E. Woltersdorfius in commentatione de vita Mithridatis (Gotting. 1818) eandem controversiam attigit, qui dubitanter quidem, sed tamen suffragatus est Frereto.

Et fatendum est, utramque sententiam cum veri quadam specie defendi posse. Hac vero nostra disputatione duas res illustrare conati sumus, primum, quo anno Sulla in Graeciam trajecerit, et, quod inde consequitur, quando Athenas ceperit; et hoc quidem certa ratione demonstrari potest; tum vetustam in temporibus hujus belli describendis scriptorum dissensionem

[1]) In Histoire de l'Académie etc. Tom. XXI. p. 40.

[2]) Ibidem p. 260.

ex quibusdam indiciis indagare studuimus. Quod quomodo nobis cesserit, penes doctiores judicium esto.

Singulas autem hujus commentationis partes hoc modo disposui, primum ut ordinem rerum a Sulla in Graecia gestarum per se spectarem, in quo annos a profectione ejus in provinciam numeravi (in §. 1.); deinde quibus quaeque Consulibus gesta essent, eatenus exposui, quatenus conspirant veterum testimonia (in §. 2.); §. 3. controversa habebit, et primum quidem Plutarchi in Vita Sullae chronologiam, deinde Appiani rationem persequar, quorum discrepantiam me ostendisse spero. Denique in §. 4. quaenam vera sit ratio, argumentis comprobabo, simulque difficultates omnes, si meam sententiam amplexus fueris, quam egregie tollantur, exponam.

§. 1.

annus I. Non dubitatur, quin Sulla eodem anno, quo in Graeciam trajecit, Athenas obsidere inceperit [1]). Qua obsidione hibernum tempus consumptum est. Nam sub hiemem in Attica erat

annus II. exercitus Romanus [2]), et capta est urbs Kalendis Martiis proximi anni [3]). Hoc etiam constat, urbis expugnationem, proelium Chaeronense et

---

[1]) Plutarch. in S. c. 11. Appian. Mithrid. p. 190. Steph. quorum ipsa verba infra afferam.

[2]) χειμῶνος ἐπιόντος. Appian. M. p. 192. Lucullus ex Attica missus est ἐν ἀκμῇ χειμῶνος. Plut. Lucull. c. 2.

[3]) Plut. S. c. 14. e commentariis Sullae.

Orchomenium eidem anno tribui oportere [1]). Nam capto Piraeeo statim Sulla in Boeotiam castra movit [2]). Piraeeus autem expugnatus est haud ita multo post Acropolin [3]); Acropolis brevi post captam urbem tradita est ab Aristione [4]).

Proelium vero secundum, quod ad Orchomenum commissum est, a Chaeronensi pugna magno intervallo distingui nequit, nedum ut diverso anno attribuatur. Etenim Appianus [5]), qui inter Athenarum expugnationem et proelium Orchomenium nulla hiberna Sullae interposuit, statim post proelium Orchomenium eum hibernasse tradit. Etiam Plutarchus [6]) duo illa proelia ita continuavit, ut nullo modo integrum annum intercessisse liceat existimare. Omnino vero quis sibi persuadebit Sullam, cui ipso

---

[1]) Minus recte Woltersdorfium de hac re judicasse existimo, qui cum p. 49. l. l. Chaeronense et Orchomenium proelium eidem anno ab Appiano, cujus magna est apud eum auctoritas, attribui scripsisset, nihilo minus p. 46. in diversis annis collocaverit.

[2]) Appian. M. p. 197. supra.

[3]) Plut. S. c. 14.

[4]) App. M. p. 196. *οὐ μετὰ πολύ* et infra *ὀλίγον ὕστερον*. Nam quod est apud Plut. S. c. 12. (*Αριστίων*) *χρόνον ἐγκαρτερήσας συχνὸν, ἑαυτὸν ἐνεχείρισεν*, meminisse oportet, etiam breve tempus longum potuisse dici, si ad miserrimam obsessorum conditionem exigeretur.

[5]) App. M. p. 199.

[6]) Plut. S. c. 19.

bello alendus esset exercitus, tam diu otium egisse?

Sane Plutarchi temporum descriptio conciliari posse videtur cum altera illa, secundum quam Athenae a 87 a. Ch. captae sunt, si proelia illa in diversis annis ponimus. Neque dubium est, alteram nón continuo alteram excepisse; sed aliquantum temporis intercessisse apparet. Nam, ut Appianus tradit, Mithridates de clade Chaeronensi certior factus, novum exercitum conscripsit, quem sine mora cum Dorylao in Graeciam mitteret, et hic demum exercitus ad Orchomenum dimicavit. Porro in eodem intervallo Archelaus, ex pugna Chaeronensi in naves compulsus, maritimas oras vastavit, et Zacynthum frustra petiit.

At vero, cum diversitatis annorum, ut modo dicebam, ne levissimum quidem usquam vestigium exstet, tum isto modo prorsus nihil lucramur. Infertur enim in Plutarchi temporum comparationem, quam ut vindicaret in hanc opinionem Woltersdorfius incidit, tantum incommodum, ut hoc uno argumento conjectura ista facile subvertatur.

Plutarchus enim Chaeronensem victoriam in eodem tempore collocavit, quo Valerius Flaccus in Asiam profectus est [1]). Fugientem enim Chaeronea Archelaum Sulla persequitur, cum nuntio de Consulis Valerii adventu in Thessaliam revocatur. Atqui Valerius anno 86 in Asiam profectus est. Jam si post annuam quietem

[1]) Locos infra notabo accuratius.

proximo anno 85 ad Orchomenum pugnatum est, non multo ante hiemem ejus anni dimicatum sit, necesse est. Continuat enim Appianus Thessalica Sullae hiberna proelio Orchomenio. Ergò primae pacis conditiones ab Archelao latae aut in a. 85 postrémum, aut in anni 84 initium incident. Quod nullo modo admitti potest; minime vero a Woltersdorfio, qui jam a. 85 pacem congressione regis et Sullae ratam factam esse opinatus est. Nam inter primas pacis conditiones et congressionem illam plurimae res gestae sunt, velut gentes in Macedoniae confiniis multis proeliis debellatae, ut jam omittam legationes identidem ultro citroque commeantes. Hoc igitur teneamus, utrumque proelium eodem anno commissum esse.

Proximo anno de pace agitur. Archelaus Sullam ad Delium convenit; inde ad regem profectus est. Interim Sulla cum gentibus Macedoniae affinibus bellum gerit. Iterum ad regem mittitur Archelaus. Jam convenit de tempore et loco, ubi Sulla cum rege coram ageret. Postremo facta est pax ad Dardanum. Hinc Sulla profectus Fimbriam Valerii Legatum ad mortem adegit; mox [depopulata miserum in modum Asia, in Graeciam trajicit, inde in Italiam. Haec postrema non sine temporum indiciis narrantur, sed ea talia non sunt, qualia nunc desideramus. Jam enim non illud quaerimus, quibus Consulibus, quotove ab U. c. anno singula gesta sint, sed ut dixi, quanto quaeque intervallo a Sullae in Graeciam adventu distare existimanda sint. Haec enim secunda est quae-

annus III. annorum indicia deficiunt.

stio, quam abhinc tractabo. Et res suadet, ut inverso temporum ordine, primo de eis dicam, quae postremo facta sunt.

§. 2.

Sulla Brundusium adpulit Norbano et Scipione Coss. a. 83. a. Ch. et quidem ante solstitium aestivum. Nam teste Appiano [1]) Brundusium venit Olympiade 174, i. e. anno primo ejus Olympiadis [2]), qui pertinet ab aestate a. 84. ad aestatem a. 83. Idem Athenis initiatus est [3]), cum in Italiam rediret; quod nisi factum est alieno tempore, mensi Septembri a. 84 tribuatur oportet. Hoc postremum tamen sat dubium est; saepe enim homines alieno tempore initiatos esse scimus. Tantum constat, Sullam diutius, in Graecia versatum esse [4]), partim Athenis, partim in Euboea, ubi propter morbum aquis calidis ad Aedepsum usus est.

Jam vero annus, quo pax cum Mithridate rata facta est, ex his Plutarchi verbis [5]) definiri posse videtur. ὁ δὲ Σύλλας αἰσθόμενος ἀχθο-

[1]) In B. Civ. I. p. 319.

[2]) Solet enim Appianus totas Olympiades numerare, et tunc demum hac temporum notatione uti, si quid aut in postremum Olympiadis cujusque annum aut in primum incidit.

[3]) Plut. S. c. 26.

[4]) Plut. l. l. Strabo X. p. 686. A. Cornelius N. in Attico c. 4.

[5]) Sullae c. 12. conf. Fragment. Dion. Cass. 176. p. 74. Tom. I. apud Reimar.

μένους τοὺς στρατιώτας τῇ διαλύσει, τὸν γὰρ ἔχθιστον τῶν βασιλέων-δεινὸν ἡγοῦντο μετὰ πλούτου καὶ λαφύρων ὁρᾶν ἐκπλέοντα τῆς Ἀσίας, ἣν ἔτη τέσσαρα λεηλατῶν καὶ φορολογῶν διετέλεσεν. Bellum Mithridaticum exarsit a. 89; pax igitur secundum Plutarchum in annum 85 incidere videatur, siquidem a primordio belli quadriennium illud numeravit. Sed, ut recte vidit Woltersdorfius [1]), belli illius anni non semper ab eodem initio numerantur. Et sane summa belli quod in Asia gestum est, ad a. 88 demum pertinet. Certiora hinc peti possunt. Et Plutarchus et Appianus paci a Sulla et Mithridate compositae Fimbriae mortem continuant [2]). Fimbria autem Ilium ceperat λήγούσης ἄρτι τῆς τρίτης (καὶ ἑβδομηκοστῆς) καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος i. e. circiter solstitium a. 84. a. Ch. [3]). Itaque Fimbriae exitium non potest ante a. 84 aestatem collocari. Unde efficitur, pacem etiam, quam Fimbrae mors exceperit, ad hunc annum pertinere [4]).

---

[1]) L. l. p. 49.

[2]) Plut. S. c. 25. ὁρμήσας ἐκεῖθεν (Dardano, ubi convenerant) ἐπὶ Φιμβρίαν πρὸς Θυατείροις στρατοπεδεύοντα. conf. App. M. p. 210. Et consentaneum est, quamprimum in Fimbriam exercitum ductum esse.

[3]) Non postremo Olympiadis anno, sed fine huius anni. Quod Woltersdorfii caussa (conf. p. 47.) moneo.

[4]) Minus recte Woltersdorfius pacem a. 85. attribuit. conf. p. 47. l. l.

§. 3.

Jam veniamus ad ea tempora, de quibus praecipue ambigitur. Et primum quidem Plutarchi rationem exploremus. Post partam ad Chaeroneam victoriam, nuntius ad Sullam perfertur, adventare cum exercitu Flaccum, ut ipsi succederet. Erat tunc in Boeotia, ubi solennia victoriae celebraverat; sed vixdum Meliteam Thessaliae urbem venerat, cum de Dorylai adventu certior est factus [1]). Quae si vera sunt, pugnatum est ad Chaeroneam a. 86. Quamquam, quod nunc praecipio, per mirum est, de hac in Thessaliam profectione ne verbum quidem apud Appianum reperiri.

Sic enim ille [2]), post victoriam, inquit, cum pauxillum temporis quieti dedisset, cum expedita manu Euripum petiit. Sed nihil propter navium defectum profecit. Aliquanto post Dorylaus adpulit cum exercitu, qui nuntio de clade Chaeronensi adlato a rege conscriptus erat. In quibus nihil est de expeditione, quam contra Flaccum susceperit. Idem p. 204 *μέρος τι* (exercitus ejus, quem Flaccus ducebat) *προπεμφθὲν ἐς τὴν Θεσσαλίαν, ἐς τὸν Σύλλαν μετεστρατεύσατο.* Quae verba pars sunt narrationis, qua res a Valerio Flacco et Fimbria gestas uno tenore sejunctim et sine temporum, in quae Sullae res inciderint, comparatione complexus est. Sed ex Thessaliae mentione conjecerit quispiam, etiam Appianum hic de ista Sullae in Thessa-

[1]) Plut. S. c. 20.

[2]) Appian. Mithr. p. 199.

liam profectione cogitasse. At primum verba illa ne id quidem demonstrant, in Thessalia tunc Sullam fuisse, deinde, si ita capienda sunt, de Thessalicis hibernis, ad quae post Orchomeniam pugnam Sulla exercitum duxit, cogitare potuit Appianus. Itaque in hoc acquiescamus, desiderari apud Appianum temporis indicium illud, quod Plutarchus nobis suppeditavit.

Videamus alium locum. Plutarchus [1]) post pugnam Orchomeniam hoc narrat, Κίννα δὲ καὶ Κάρβωνος ἐν Ῥώμῃ τοῖς ἐπιφανεστάτοις ἀνδράσι, χρωμένων παρανόμως καὶ βιαίως, πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες, ὥσπερ εἰς λιμένα τοῦ Σύλλα τὸ στρατόπεδον κατεφέροντο καὶ περὶ αὐτὸν ὀλίγου χρόνου σχῆμα βουλῆς ἐγεγόνει. Καὶ Μετέλλα (uxor Sullae) μόλις διακλέψασα ἑαυτὴν καὶ τοὺς παῖδας ἧκεν, ἀγγέλλουσα τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐμπεπρῆσθαι [2]). Injuria Freretus Plutarchum in temporum ratione ipsum secum pugnare opinatus est. Quem bene refellit de la Nauze [3]). Nam si vere Plutarchus pugnam Chaeronensem et Orchomeniam anno 86. tribuit, Metellae autem adventus inter Orchomenium proelium et primas pacis conditiones collocandus est, sicut fecit Plutarchus; optime sibi constat, cum Carbone et Cinna Coss. i. e. proximo an-

---

[1]) S. c. 22.

[2]) Eadem in Comparat. Sullae cum Lysandro c. 5, ubi victoriam Boeoticam in eodem tempore posuit, quo Metella Roma aufugit.

[3]) p. 263. l. 1.

no 85 Metellam venisse tradit. Nam ad Orchomenum vergente jam a. 86 pugnatum est, ut de pace primum anni 85 vere agi coeptum esse credibile sit.

Eandem temporum descriptionem reperies in Plutarchi libro de garrulitate c. 7. [1]) ubi Athenas oppugnare dicitur τῶν περὶ Μάριον αὖθις ἐν Ῥώμῃ κρατούντων. Marius interiit Idibus Januariis a. 86. Itaque Athenarum obsidio a. 87 inceperat, et finita est urbis expugnatione a. 86 Kalendis Martiis.

Superest postremus Plutarchi locus, qui quidem disertam temporis notationem habeat. Scribit enim (S. c. 10. extremo) παραλαβὼν δὲ ὁ Κίννας τὴν ἀρχὴν, εὐθὺς ἐπεχείρει τὰ καθεστῶτα κινεῖν. Καὶ δίκην ἐπὶ τὸν Σύλλαν παρεσκεύασε καὶ κατηγορεῖν ἐπέστησεν Ὀυεργίνιον ἕνα τῶν δημάρχων, ὃν ἐκεῖνος ἅμα τῷ δικαστηρίῳ χαίρειν ἐάσας, ἐπὶ Μιθριδάτην ἀπῆρε [2]). Verba παραλαβὼν τὴν ἀρχήν significant, cum magistratum iniisset. Hoc Freretus [3]) ita explicuit, Cinnam Consulem designatum Consulis munere jam a. 88. functum esse. At quo tandem modo Cinna, praesente Consule Sulla, (et aderat etiam tum Sulla, ut ipsa Plutarchi verba ostendunt) Consulis munere in urbe fungi poterat? Et tamen Woltersdorfio rem plane inauditam, anticipatum Consulatum persuasisse videtur [4]). Omnino igitur hic quoque Plutarchus

---

[1]) Tom. X. p. 105. Ed. Tub.

[2]) Sic etiam Dion. Cass. Fragm. 117. Tom. I. p. 47. Reim.

[3]) p. 43. l. l.

[4]) p. 48. l. l.

Sullae profectionem anno 87 assignavit; uti hic, sic per totam Sullae vitam in temporum comparatione sibi constans. Contra, si profectionem Sullae in a. 88 collocassset, quod Freretus interpretatione sua efficiebat, sequeretur, ut Athenarum expugnatio et proelium Chaeronense ad a. 87 pertineret, non, ut voluit ipse, ad annum 86.

Quod de la Nauze etiam Appianum hanc temporum comparationem secutum esse censet, id infirmis admodum argumentis nititur. Appianus, inquit, Sullam pro Consule (ἀνθύπατον) in provinciam profectum esse scribit. Locus ad quem provocat, reperitur in L. I. de B. C. p. 399. αὐτὸς δὲ (Sulla) καὶ Μέτελλος ἀνθυπάτω ὄντε ἐς τὸ πρόσθεν ἐχώρουν (a. 83. a. Ch.). ἐδόκει δὲ δὴ καὶ ὁ Σύλλας ἀνθύπατος ἐπὶ Μιθριδάτῃ γενόμενος, οὐκ ἀποθέσθαι πω τὴν ἀρχὴν, εἰ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἐψηφίσατο Κίννας. — Ἀνθύπατης ἐπὶ Μιθριδάτῃ γενόμενος nihil est aliud, nisi factus est Proconsul (i. e. imperium ei prorogatum est) propter bellum Mithridaticum. Num profectus sit Consul, an pro Consule, ex istis verbis intelligi nequit. Immo Metelli comparatio viri illius docti opinioni vel adversari videtur.

Addo alium locum, qui male intellectus, ejus sententiam firmare videatur, quamvis eum ipse non adtulerit. Appian. B. C. p. 388, Postquam Marius urbe ejectus est, factio ejus insidias Consulibus (Sullae et Pompejo) parabat. Pergit Σύλλᾳ μὲν δὴ καὶ παυσαμένῳ τῆς ἀρχῆς στρατὸς ἦν ὁ ἐψηφισμένος ἐπὶ Μιθριδάτην ὡς σωτη-

ρίας αὐτῷ φύλαξ. Κόϊντον δὲ Πομπήϊον, τὸν ἕτερον ὕπατον, ὁ δῆμος οἰκτείρων τοῦ δέους, ἐψηφίσαντο ἄρχειν Ἰταλίας. Non difficile est videre, παυσαμένῳ ad futurum tempus pertinere. Nam et Sulla et Pompejus etiam tum Consules erant. Sententia haec est, populus et Sullam et Pompejum Coss. salvos esse volebat; dum Consules erant, magistratus eorum incolumitatem praestabat; post consulatum Sullae exercitus suus praesidio futurus erat; ;Pompejo non item. Hunc igitur ante depositum magistratum ad bellum Italicum profligandum misit. Sed ab ipso exercitu, cui praefuturus erat, statim interfectus est, idque cum adhuc Consul esset [1]). Denique alium Appiani locum afferam, cujus ignoratio maximas viris doctis turbas excitavit. Qui quamvis infra veram nobis viam monstraturus sit, hoc tamen nequaquam probat, ipsum Appianum profectionem Sullae post ejus Consulatum collocassé. Nam ratiocinatio demum, quam vereor ut Appianus inierit, ad verum nos diriget. Vidimus Q. Pompejum in ipso consulatu interfectum esse. Sulla interim, exercitu Capuam praemisso, in urbe remanserat. Sequuntur haec [2]) ἐξαγγελθέντος δ' εἰς τὴν πόλιν τοῦ Πομπηΐου φόνου, αὐτίκα μὲν ὁ Σύλλας περιδεὴς ἐφ' ἑαυτῷ γενόμενος τοὺς φίλους περιήγετο πανταχοῦ καὶ νυκτὸς ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν. οὐ πολὺ δ' ἐπιμείνας ἐς Καπύην ἐπὶ τὸν στρατόν, κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν

[1]) Praeter Appianum l. l. vid. Livii Ep. L. 77. et Valer. Maxim. L. IX. c. 7. S. 2. §. 2. Vellej. XI. c. 20.

[2]) de B. Civ. p. 388 inf.

'Ασίαν ἐξήλασεν. Per se igitur ne hic quidem locus, cui anno Appianus (nam de sola ejus opinione nunc quaeritur) profectionem Sullae attribuerit, declarat.

Hactenus in infirmandis argumentis, quae aut adtulit De la Nauze aut poterat afferre, versati sumus. At diversam a Plutarcho temporum comparationem amplexum esse Appianum, alius locus [1]), etsi ejus auctoritatem De la Nauze impugnaverit, ostendere videtur. Post proelium Orchomenium in Thessalia Sulla hibernans quietem agebat, dum Lucullum exspectat et quam ille collegerat classem καὶ ταῦτα μέντοι Κορνηλίου τε Κίννα καὶ Γαΐου Μαρίου τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ἐν Ῥώμῃ ἐψηφισμένων εἶναι Ῥωμαίων πολέμιον καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καὶ τὰς ἐπαύλεις καθῃρηκότων καὶ τοὺς φίλους ἀνελόντων, ὁ δὲ οὐδ' ὣς καθῄρει τῆς ἐξουσίας, τὸν στρατὸν ἔχων εὐπειθῆ seqq. Haec eo fine dicuntur, ut Sullae extollatur constantia, qui quamvis ab inimicis talia esset passus, tamen in Thessalia otium egerit, nec reduxerit exercitum. Facile igitur apparet, ex mente Appiani istam in Thessalia quietem non fuisse integro anno a calamitatibus domesticis disjunctam. Utique vim totus locus nullam habet, si omnia illa ἕωλα tunc erant. Jam quae Appianus Romae accidisse tradit, pertinent ad annum 87 extremum [2]). Ergo secundum Appianum proelium Orchomenium in annum 87 incidit, Sullae autem profec-

[1]) Mithr. p. 204.

[2]) Locos infra afferam.

tio in a. 88. Appianni igitur chronologia uno anno differt a. Plutarchea. Eodem alia etiam indicia ducunt. Nam et Appianus [1]) et Plutarchus [2]) Metellae fugam aedesque Romae dirutas post pugnam Orchomeniam collocant; sed Plutarchus adventum Metellae in initio a. 85, Cinna et Carbone Coss., Appianus fugam Metellae in a. 87 postremo, ita ut initio anni 86 ad maritum venisse existimanda sit. Differunt igitur integro anno [3]). Eadem discrepantia in caussa fuit, cur expeditionis illius, quam Sulla in Thessaliam contra Valerium Flaccum Cons. fecit, quamque a Plutarcho victoriae Chaeronensi continuari vidimus, apud Appianum mentio fieri nequiret. Id quod temere factum esse, nullo modo sibi persuadebit, qui, quam diligenter Appianus Plutarchum legerit, cognitum habeat. Nec negligendum est, quod nihil dixit Appianus, unde appareret, Sullam adhuc in urbe fuisse, postquam Cinna consulatum iniit. Itaque in hoc etiam discedit a Plutarcho, qui diserte *παραλαβὼν τὴν ἀρχήν*.

Haec Plutarchi et Appiani dissensio satis demonstrat, antiquitus obscuram fuisse temporum belli Mithridatici rationem. Quod omnino quispiam miretur, cum tot scriptores tempora illa

---

[1]) Mith. p. 204. cujus verba supra exscripsi.

[2]) S. c. 22. et Compar. S. et Lysandr. c. 5. vide supra.

[3]) Ceterum, quod Plutarchus etiam Metellae fugam et adventum post proelium Orchomenium collocavit, judicium nostrum de Appiani loco (Mith. p. 204) quem supra exscripsimus, confirmatur.

illustraverint, inter quos ipse Sulla, cujus commentarii Plutarcho ad manum fuerunt. At reputandum est, totam illam obscuritatem sitam esse in comparatione rerum in Graecia Asiaque et Romae gestarum; commercii autem Sullae cum cetera re publica nihil prope modum intercessisse, ut, quae domi accidissent, quaeque foris, vix ullo inter se nexu cohaerentia, narratione quoque prorsus separari liceret. Itaque, qui temporum rationem minus accurate explorare, facile poterat in errorem incidere.

§. 4.

Sed quemnam errasse existimabimus; Plutarchum an Appianum? A Plutarcho stant quaedam veterum scriptorum testimonia. Dionis Cassii fragmentum supra vidimus. Ex ordine autem rerum gestarum, quem in Epitomis historiae Romanae deprehendimus, vix certi quidquam colligi potest. Orosius [1]) vero, qui bellum Mithridaticum Sullae post consulatum obvenisse scribit, ita demum Plutarchi rationem confirmat, si verba ejus hoc modo intelligimus, obvenisse ei bellum Mithridaticum, quod post consulatum gereret. Non enim obvenit post consulatum, sed eo ipso exarsit bellum civile, quod Sullae provincia illa decreta erat. Ambigua etiam Eutropii verba sunt, (Sullam) consulibus in futurum annum ordinatis ad Asiam profectum esse; ex quibus Freretus priore eum anno profectum esse collegit. Neque in hac quaestione multum nos

[1]) L. VI. c. 2. et hinc Paulus Diaconus V. c. 12.

adjuvant Memnonis excerpta apud Photium, quibus ego Woltersdorfium cautius usum esse vellem. Unum tamen ejus locum [1]) reperio, qui explicationis indigere videtur. Εἷλε δὲ, inquit, καὶ τὰς Ἀθήνας καὶ κατέσκαπτο ἂν ἡ πόλις, εἰ μὴ θᾶττον ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων τὴν τοῦ Σύλλα γνώμην ἀνέκοψεν. Quinam est ille Romanorum Senatus? Num concilium illud, quod Romae erat? Quod si ita est, Memnon urbis expugnationem eis temporibus tribuit, quibus adhuc Sullanae partes in Italia superiores erant, i. e. in initio a. 87. At aliter illa verba intelligenda sunt; neque enim Senatus, qui Romae esset, Sullam ab Athenarum excidio revocare poterat; sed procul dubio intelligendi sunt Senatores, qui in Sullae castris versabantur, et quorum in eadem re Plutarchus [2]) etiam mentionem fecit. Itaque, si modo Photius accurate Memnonem exscripsit, hic etiam locus a Plutarcho stat. Nam post suscitatum demum a Mario et Cinna bellum, tot Senatores credibile est in Sullae castris fuisse, ut recte Senatus Romanus dici possent.

At vero ipse Plutarchus fidem suam non modo infirmat, sed, ut quibusdam visus est, prorsus infringit. Idem enim in Marii Vitam diversam temporum rationem introduxit, quod recte jam Freretus vidit, etsi ei oblocutus est De la Nauze. Ἐν δὲ Ῥώμῃ, inquit [3]), Σύλλας

---

[1]) p. 729. Steph.

[2]) in Sullae c. 14.

[3]) V. Marii c. 41.

μὲν ἠκούετο τοῖς Μιθριδάτου πολεμεῖν στρατηγοῖς περὶ Βοιωτίαν. οἱ δ' ὕπατοι στασιάσαντες ἐχώρουν εἰς ὅπλα (Cinna et Octavius). Haec nisi cujus animus aliqua opinione occupatus est, ad notissima in Boeotia proelia referri manifestum est. Nec erat, quod de la Nauze de transitu Boeotiae, cum in Atticam Sulla proficisceretur, cogitaret [1]). Sed vix ulla dubitatio relinquitur, cum hos locos comparamus ἐν τούτῳ δὲ ὥσπερ τροπαίας ἀμειβούσης ἐφοίτων ἀγγελίαι πανταχόθεν, ὡς Σύλλας συνῃρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον καὶ τὰς ἐπαρχίας ἀνειληφὼς ἐπιπλέοι μετὰ πολλῆς δυνάμεως. Haec nuntiantur superstite Mario, a. 87 exeunte. Idem c. 45. λογιζόμενος (Marius) ὡς οὐ πρὸς Ὀκτάβιον οὐδὲ Μερουλᾶν, σύγκλυδος ὁμίλου καὶ στασιώδους ὄχλου στρατηγούς. Σύλλας δ' ἐκεῖνος ἔπεισιν, ὁ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξελάσας πάλαι, νῦν δὲ Μιθριδάτην συνεσταλκὼς εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. Erant illi rumores, sed eatenus falsi, quatenus Sulla adventare dicebatur. Nam cum Thessalia et Macedonia a regiis ducibus occupabantur; Piraeeum tenebat Archelaus; ipse autem Sulla vix se munitionibus ab ejus equitatu] tutabatur (is

---

[1]) Provocavit ad Appian. M. p. 190. *διέβαινεν ἐς τὴν Ἀττικήν. παροδεύοντι δὲ αὐτῷ ἡ Βοιωτία ἀθρόως μετεχώρει.* Poterat etiam ad Memnonem p. 730. apud Photium, ubi ante Athenarum obsidionem *οὐκ ὀλίγον τῶν Ποντικῶν στράτευμα τρέψασθαι* dicitur. Eandem pugnam etiam Pausanias (I, 20, 3.) commemorat. Ceterum Pausaniam, qui fabularum tractatione assuefactus, historiam saepe corrupit, consulto hac disputatione exclusi.

enim ante captas Athenas et proelia Boeotia rerum in Graecia status erat) qui, quaeso, istis rumoribus Romae vel minima fides esse poterat? Sed idem aliud commisit, quo auctoritatem suam infirmaret. Nam, ut supra vidimus, Metellae adventum, quae modo Roma aufugerat, et nuntium de aedibus ibi dirutis affert, a. 85, Coss. Cinna et Carbone, attribuit. Sed cui persuadebit, tam diu Metellam Romae perstitisse, ex quo Cinna et Marius, urbe recepta, caede omnia rapinisque complerent? Ipsa igitur ratio jam a. 87 extremo et Metellam aufugisse et aedes dirutas esse cogit. Et ne dubitationi locus relinquatur, Appiani testimonium, si ratione comprobatur, locupletissimum apponamus. Cum Marius, inquit [1]); et Cinna urbem ingressi essent, *αὐτοῦ τε Σύλλα φίλοι πάντες ἀνῃροῦντο καὶ ἡ οἰκία κατεσκάπτετο, καὶ ἡ περιουσία δεδήμευτο, καὶ πολέμιος ἐψηφίζετο, τὸ δὲ γύναιον* (Metella) *καὶ ἡ γενεὰ ζητούμενοι ἔφυγον.* Haec gesta sunt a. 87. extremo.

Quae quamvis Plutarchi diligentiam in suspicionem adducant, tamen in Sullae vita veram eum temporum rationem secutum esse ostendam, explorata prius altera ratione, quam apud Appianum deprehendi diximus. Et primum quidem ipsius testimoniis eum conficiamus. Jam vero obscurum non est, non potuisse Appianum manifesto a semet dissidere; qui quamvis non perspicacissimus esset, communi tamen sensu non careret. Et caute manifesta eum erroris indicia devitasse

[1]) B. C. I. p. 359.

videmus; sicut de consulatu ante profectionem inito et de expeditione post pugnam Chaeronensem in Thessaliam, ad excipiendum V. Flacci consulis exercitum, facta. Itaque inconstantiae indicia altius latere consentaneum est. Talia enim facile ei excidere poterant, cum ex pluribus auctoribus historiam suam componeret. Primum autem argumentum hoc esto. Sulla non ante aestivum a. 84 solstitium in Fimbriam profectus est. Haec autem expeditio et ratione et scriptorum testimoniis paci cum Mithridate compositae continuatur. Jam vero pax illa ab ipso Appiano non integro triennio a Sullae in Graeciam adventu disjungitur [1]). Constat autem, aliquanto ante hiemis initium eum in Attica fuisse, et multa jam tunc ab eo gesta esse. Sed largiamur, autumni initio eum in Graeciam venisse; tamen, si ab anno 88 triennium illud numeramus, pax non potest infra initium autumni a. 85 detrudi. Distaret igitur pax ab expeditione Sullae in Fimbriam facta VIII aut IX mensibus, quod pugnat cum eis, quae supra ostendimus. Contra

---

[1]) B. C. I. p. 396. *Σύλλας δὲ ἐπείξει τῆς ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐπανόδου τὰ ἐς Μιθριδάτην πάντ' ἐπιταχύνας, ὥς μοι προείρηται, καὶ ἔτεσιν οὐδ' ὅλοις τρισὶν ἑκκαίδεκα μὲν ἀνδρῶν μυριάδας κατακανὼν τὴν δ' Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἰωνίαν καὶ Ἀσίαν καὶ ἄλλα ἔθνη πολλά, ὅσα Μιθριδάτης παρειλήφει, ἐς Ῥωμαίους ἀναλαβών, αὐτόν τε τὸν βασιλέα τὰς ναῦς ἀφελόμενος καὶ ἐς μόνην τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐκ τοσῶνδε κατακλείσας.* Quae non poterant dici, ante quam rata pax facta erat; triennium vero ab ejus in Graeciam profectione numerandum est.

si a. 87 Sullam in Graeciam trajecisse existimamus, pax incidit in vernum a. 84 tempus, quod egregie cum illa ratione convenit.

Sequitur, ut aliud ex ipsius narratione indicium petamus [1]). Sulla post collegae Pompeji caedem Romae erat. Appiani locum supra exscripsi. Atqui diu ante hiemem in Graecia erat; autumno igitur aut ante autumnum Roma profectus est. Itaque, cum praesente Sulla, ut diserte testatur Appianus, collegae caedes Romam nuntiata esset, cur consul nullus suffectus est, cum praesertim Sulla ab urbe discessurus esset, et prope dimidiatus superesset annus? Nolim contra me anticipatum a Cinna et Octavio consulatum afferri, de quo Frereti commeuto ad fatim supra est dictum.

At si anno 87 profectum Sullam existimamus egregie omnia conspirant. Tunc enim collega, caedes ad postremum a. 88 referri potest. Id quod magis etiam Appiani verbis comprobatur. Nam Pompejum eo fine a populo Romano ad exercitum missum esse scribit, ut ne Romae manenti ei factio Mariana, postquam consulatus praesidio ei esse desiisset, insidias strueret. Ea

[1]) B. Civ. L. I. p. 308 infr. Concidit igitur gravissimum Frereti et Woltersdorfii argumentum. Hic enim p. 34. "Cum Q. Pompejus, inquit, Sullae collega, urbem relinquere coactus esset, nam consulem eum occisum esse constat, Sulla Cinnam et Octavium consules fecit, ut in urbe consules essent. *Sulla in tam gravi re, qualem sese exhibuerit certo retulissent auctores, nisi tunc temporis in Graecia fuisset.*"

autem populi formido eo justior erat, quo magis ejus consulatus ad exitum vergebat.

Hactenus cum Appiano ipsius testimoniis certavimus. Restant duae reprehensiones, quibus ista ratio, qua anno 88 Sulla in Graeciam profectus est, liberari nequit. Alteram jam protulit De la Nauze, sed minus illam gravem quam altera est. Miratur enim, quomodo tam exiguum temporis spatium tot res capere potuerit, quot necesse est, si anno 88 Sulla in Graeciam trajecit. Nam si multum largimur, autumni initio Roma profectus est. Plurimae res enim, quas ante hiemem in Graecia gessit, vetant, ne profectionem infra illud tempus detrudamus. Atqui dimidiatus annus vix capit, quae ante Marii fugam et posthac, praesente adhuc Sulla, in Italia acciderunt. Post Marii enim fugam, civitatis statum ordinavit Sulla, et colonias aliquot deduxit [1]), quod ipsum reliquam anni partem facile poterat absumere. Dolendum sane, quod quo tempore Marius expulsus sit, ignoramus. Attamen non nimio ab hieme intervallo ejus fugam separaturum puto, qui hunc Appiani locum consideraverit. Marius, scribit [2]), ex Italia in Africam aufugit εἰργόμενος δὲ καὶ Λιβύης ὡς πολέμιος ὑπὸ Σεξτίου (Plut. V. Marii c. 40. Σεξτιλίου) διεχείμαζεν ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὸν ὑπὲρ Λιβύην.

Sed accedit aliud istius rationis incommodum. Si Sulla a. 88 Roma profectus est, primae pacis

---

[1]) Epitome Livii L. 77.

[2]) B. Civ. I. p. 387.

adjuvant Memnonis excerpta apud Photium, quibus ego Woltersdorfium cautius usum esse vellem. Unum tamen ejus locum [1]) reperio, qui explicationis indigere videtur. Εἷλε δὲ, inquit, καὶ τὰς Ἀθήνας καὶ κατέσκαπτο ἂν ἡ πόλις, εἰ μὴ θᾶττον ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων τὴν τοῦ Σύλλα γνώμην ἀνέκοψεν. Quinam est ille Romanorum Senatus? Num concilium illud, quod Romae erat? Quod si ita est, Memnon urbis expugnationem eis temporibus tribuit, quibus adhuc Sullanae partes in Italia superiores erant, i. e. in initio a. 87. At aliter illa verba intelligenda sunt; neque enim Senatus, qui Romae esset, Sullam ab Athenarum excidio revocare poterat; sed procul dubio intelligendi sunt Senatores, qui in Sullae castris versabantur, et quorum in eadem re Plutarchus [2]) etiam mentionem fecit. Itaque, si modo Photius accurate Memnonem exscripsit, hic etiam locus a Plutarcho stat. Nam post suscitatum demum a Mario et Cinna bellum, tot Senatores credibile est in Sullae castris fuisse, ut recte Senatus Romanus dici possent.

At vero ipse Plutarchus fidem suam non modo infirmat, sed, ut quibusdam visus est, prorsus infringit. Idem enim in Marii Vitam diversam temporum rationem introduxit, quod recte jam Freretus vidit, etsi ei oblocutus est De la Nauze. Ἐν δὲ Ῥώμῃ, inquit [3]), Σύλλας

---

[1]) p. 729. Steph.

[2]) in Sullae c. 14.

[3]) V. Marii c. 41.

μὲν ἠκούετο τοῖς Μιθριδάτου πολεμεῖν στρατηγοῖς περὶ Βοιωτίαν. οἱ δ᾽ ὕπατοι στασιάσαντες ἐχώρουν εἰς ὅπλα (Cinna et Octavius). Haec nisi cujus animus aliqua opinione occupatus est, ad notissima in Boeotia proelia referri manifestum est. Nec erat, quod de la Nauze de transitu Boeotiae, cum in Atticam Sulla proficisceretur, cogitaret [1]). Sed vix ulla dubitatio relinquitur, cum hos locos comparamus *ἐν τούτῳ δὲ ὥσπερ τροπαίας ἀμειβούσης ἐφοίτων ἀγγελίαι πανταχόθεν, ὡς Σύλλας συνῃρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον καὶ τὰς ἐπαρχίας ἀνειληφὼς ἐπιπλέοι μετὰ πολλῆς δυνάμεως.* Haec nuntiantur superstite Mario, a. 87 exeunte. Idem c. 45. *λογιζόμενος* (Marius) *ὡς οὐ πρὸς Ὀκτάβιον οὐδὲ Μερουλᾶν, σύγκλυδος ὅμιλον καὶ στασιώδους ὄχλον στρατηγούς. Σύλλας δ᾽ ἐκεῖνος ἔπεισιν, ὁ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξελάσας πάλαι, νῦν δὲ Μιθριδάτην συνεσταλκὼς εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον.* Erant illi rumores, sed eatenus falsi, quatenus Sulla adventare dicebatur. Nam cum Thessalia et Macedonia a regiis ducibus occupabantur; Piraeeum tenebat Archelaus; ipse autem Sulla vix se munitionibus ab ejus equitatu] tutabatur (is

---

[1]) Provocavit ad Appian. M. p. 190. *διέβαινεν ἐς τὴν Ἀττικήν. παροδεύοντι δὲ αὐτῷ ἡ Βοιωτία ἀθρόως μετεχώρει.* Poterat etiam ad Memnonem p. 730. apud Photium, ubi ante Athenarum obsidionem *οὐκ ὀλίγον τῶν Ποντικῶν στράτευμα τρέψασθαι* dicitur. Eandem pugnam etiam Pausanias (I, 20, 3.) commemorat. Ceterum Pausaniam, qui fabularum tractatione assuefactus, historiam saepe corrupit, consulto hac disputatione exclusi.

adjuvant Memnonis excerpta apud Photium, quibus ego Woltersdorfium cautius usum esse vellem. Unum tamen ejus locum [1]) reperio, qui explicationis indigere videtur. Εἷλε δὲ, inquit, καὶ τὰς Ἀθήνας καὶ κατέσκαπτο ἂν ἡ πόλις, εἰ μὴ θᾶττον ἡ σύγκλητος Ῥωμαίων τὴν τοῦ Σύλλα γνώμην ἀνέκοψεν. Quinam est ille Romanorum Senatus? Num concilium illud, quod Romae erat? Quod si ita est, Memnon urbis expugnationem eis temporibus tribuit, quibus adhuc Sullanae partes in Italia superiores erant, i. e. in initio a. 87. At aliter illa verba intelligenda sunt; neque enim Senatus, qui Romae esset, Sullam ab Athenarum excidio revocare poterat; sed procul dubio intelligendi sunt Senatores, qui in Sullae castris versabantur, et quorum in eadem re Plutarchus [2]) etiam mentionem fecit. Itaque, si modo Photius accurate Memnonem exscripsit, hic etiam locus a Plutarcho stat. Nam post suscitatum demum a Mario et Cinna bellum, tot Senatores credibile est in Sullae castris fuisse, ut recte Senatus Romanus dici possent.

At vero ipse Plutarchus fidem suam non modo infirmat, sed, ut quibusdam visus est, prorsus infringit. Idem enim in Marii Vitam diversam temporum rationem introduxit, quod recte jam Freretus vidit, etsi ei oblocutus est De la Nauze. Ἐν δὲ Ῥώμῃ, inquit [3]), Σύλλας

---

[1]) p. 729. Steph.

[2]) in Sullae c. 14.

[3]) V. Marii c. 41.

μὲν ἠκούετο τοῖς Μιθριδάτου πολεμεῖν στρατηγοῖς περὶ Βοιωτίαν. οἱ δ' ὕπατοι στασιάσαντες ἐχώρουν εἰς ὅπλα (Cinna et Octavius). Haec nisi cujus animus aliqua opinione occupatus est, ad notissima in Boeotia proelia referri manifestum est. Nec erat, quod de la Nauze de transitu Boeotiae, cum in Atticam Sulla proficisceretur, cogitaret [1]). Sed vix ulla dubitatio relinquitur, cum hos locos comparamus *ἐν τούτῳ δὲ ὥσπερ τροπαίας ἀμειβούσης ἐφοίτων ἀγγελίαι πανταχόθεν, ὡς Σύλλας συνηρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον καὶ τὰς ἐπαρχίας ἀνειληφὼς ἐπιπλέοι μετὰ πολλῆς δυνάμεως.* Haec nuntiantur superstite Mario, a. 87 exeunte. Idem c. 45. *λογιζόμενος* (Marius) *ὡς οὐ πρὸς Ὀκτάβιον οὐδὲ Μερουλᾶν, σύγκλυδος ὁμίλου καὶ στασιώδους ὄχλου στρατηγούς. Σύλλας δ' ἐκεῖνος ἔπεισιν, ὁ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξελάσας πάλαι, νῦν δὲ Μιθριδάτην συνεσταλκὼς εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον.* Erant illi rumores, sed eatenus falsi, quatenus Sulla adventare dicebatur. Nam cum Thessalia et Macedonia a regiis ducibus occupabantur; Piraeeum tenebat Archelaus; ipse autem Sulla vix se munitionibus ab ejus equitatu tutabatur (is

---

[1]) Provocavit ad Appian. M. p. 190. *διέβαινεν ἐς τὴν Ἀττικήν. παροδεύοντι δὲ αὐτῷ ἡ Βοιωτία ἀθρόως μετεχώρει.* Poterat etiam ad Memnonem p. 730. apud Photium, ubi ante Athenarum obsidionem *οὐκ ὀλίγον τῶν Ποντικῶν στράτευμα τρέψασθαι* dicitur. Eandem pugnam etiam Pausanias (I, 20, 3.) commemorat. Ceterum Pausaniam, qui fabularum tractatione assuefactus, historiam saepe corrupit, consulto hac disputatione exclusi.

enim ante captas Athenas et proelia Boeotia rerum in Graecia status erat) qui, quaeso, istis rumoribus Romae vel minima fides esse poterat? Sed idem aliud commisit, quo auctoritatem suam infirmaret. Nam, ut supra vidimus, Metellae adventum, quae modo Roma aufugerat, et nuntium de aedibus ibi dirutis affert, a. 85, Coss. Cinna et Carbone, attribuit. Sed cui persuadebit, tam diu Metellam Romae perstitisse, ex quo Cinna et Marius, urbe recepta, caede omnia rapinisque complerent? Ipsa igitur ratio jam a. 87 extremo et Metellam aufugisse et aedes dirutas esse cogit. Et ne dubitationi locus relinquatur, Appiani testimonium, si ratione comprobatur, locupletissimum apponamus. Cum Marius, inquit [1]); et Cinna urbem ingressi essent, *αὐτοῦ τε Σύλλα φίλοι πάντες ἀνῃροῦντο καὶ ἡ οἰκία κατεσκάπτετο, καὶ ἡ περιουσία δεδήμευτο, καὶ πολέμιος ἐψηφίζετο, τὸ δὲ γύναιον* (Metella) *καὶ ἡ γενεὰ ζητούμενοι ἔφυγον.* Haec gesta sunt a. 87. extremo.

Quae quamvis Plutarchi diligentiam in suspicionem adducant, tamen in Sullae vita veram eum temporum rationem secutum esse ostendam, explorata prius altera ratione, quam apud Appianum deprehendi diximus. Et primum quidem ipsius testimoniis eum conficiamus. Jam vero obscurum non est, non potuisse Appianum manifesto a semet dissidere; qui quamvis non perspicacissimus esset, communi tamen sensu non careret. Et caute manifesta eum erroris indicia devitasse

[1]) B. C. I. p. 359.

videmus; sicut de consulatu ante profectionem inito et de expeditione post pugnam Chaeronensem in Thessaliam, ad excipiendum V. Flacci consulis exercitum, facta. Itaque inconstantiae indicia altius latere consentaneum est. Talia enim facile ei excidere poterant, cum ex pluribus auctoribus historiam suam componeret. Primum autem argumentum hoc esto. Sulla non ante aestivum a. 84 solstitium in Fimbriam profectus est. Haec autem expeditio et ratione et scriptorum testimoniis paci cum Mithridate compositae continuatur. Jam vero pax illa ab ipso Appiano non integro triennio a Sullae in Graeciam adventu disjungitur [1]). Constat autem, aliquanto ante hiemis initium eum in Attica fuisse, et multa jam tunc ab eo gesta esse. Sed largiamur, autumni initio eum in Graeciam venisse; tamen, si ab anno 88 triennium illud numeramus, pax non potest infra initium autumni a. 85 detrudi. Distaret igitur pax ab expeditione Sullae in Fimbriam facta VIII aut IX mensibus, quod pugnat cum eis, quae supra ostendimus. Contra

---

[1]) B. C. I. p. 396. *Σύλλας δὲ ἐπείξει τῆς ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐπανόδου τὰ ἐς Μιθριδάτην πάντ᾽ ἐπιταχύνας, ὥς μοι προείρηται, καὶ ἔτεσιν οὐδ᾽ ὅλοις τρισὶν ἑκκαίδεκα μὲν ἀνδρῶν μυριάδας κατακανὼν τὴν δ᾽ Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἰωνίαν καὶ Ἀσίαν καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ, ὅσα Μιθριδάτης παρειλήφει, ἐς Ῥωμαίους ἀναλαβὼν, αὐτόν τε τὸν βασιλέα τὰς ναῦς ἀφελόμενος καὶ ἐς μόνην τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐκ τοσῶνδε κατακλείσας.* Quae non poterant dici, ante quam rata pax facta erat; triennium vero ab ejus in Graeciam profectione numerandum est.

enim ante captas Athenas et proelia Boeotia rerum in Graecia status erat) qui, quaeso, istis rumoribus Romae vel minima fides esse poterat? Sed idem aliud commisit, quo auctoritatem suam infirmaret. Nam, ut supra vidimus, Metellae adventum, quae modo Roma aufugerat, et nuntium de aedibus ibi dirutis affert, a. 85, Coss. Cinna et Carbone, attribuit. Sed cui persuadebit, tam diu Metellam Romae perstitisse, ex quo Cinna et Marius, urbe recepta, caede omnia rapinisque complerent? Ipsa igitur ratio jam a. 87 extremo et Metellam aufugisse et aedes dirutas esse cogit. Et ne dubitationi locus relinquatur, Appiani testimonium, si ratione comprobatur, locupletissimum apponamus. Cum Marius, inquit [1]); et Cinna urbem ingressi essent, *αὐτοῦ τε Σύλλα φίλοι πάντες ἀνῃροῦντο καὶ ἡ οἰκία κατεσκάπτετο, καὶ ἡ περιουσία δεδήμευτο, καὶ πολέμιος ἐψηφίζετο, τὸ δὲ γύναιον* (Metella) *καὶ ἡ γενεὰ ζητούμενοι ἔφυγον.* Haec gesta sunt a. 87. extremo.

Quae quamvis Plutarchi diligentiam in suspicionem adducant, tamen in Sullae vita veram eum temporum rationem secutum esse ostendam, explorata prius altera ratione, quam apud Appianum deprehendi diximus. Et primum quidem ipsius testimoniis eum conficiamus. Jam vero obscurum non est, non potuisse Appianum manifesto a semet dissidere; qui quamvis non perspicacissimus esset, communi tamen sensu non careret. Et caute manifesta eum erroris indicia devitasse

---

[1]) B. C. I. p. 359.

videmus; sicut de consulatu ante profectionem inito et de expeditione post pugnam Chaeronensem in Thessaliam, ad excipiendum V. Flacci consulis exercitum, facta. Itaque inconstantiae indicia altius latere consentaneum est. Talia enim facile ei excidere poterant, cum ex pluribus auctoribus historiam suam componeret. Primum autem argumentum hoc esto. Sulla non ante aestivum a. 84 solstitium in Fimbriam profectus est. Haec autem expeditio et ratione et scriptorum testimoniis paci cum Mithridate compositae continuatur. Jam vero pax illa ab ipso Appiano non integro triennio a Sullae in Graeciam adventu disjungitur [1]. Constat autem, aliquanto ante hiemis initium eum in Attica fuisse, et multa jam tunc ab eo gesta esse. Sed largiamur, autumni initio eum in Graeciam venisse; tamen, si ab anno 88 triennium illud numeramus, pax non potest infra initium autumni a. 85 detrudi. Distaret igitur pax ab expeditione Sullae in Fimbriam facta VIII aut IX mensibus, quod pugnat cum eis, quae supra ostendimus. Contra

[1]) B. C. I. p. 396. *Σύλλας δὲ ἐπείξει τῆς ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐπανόδου τὰ ἐς Μιθριδάτην πάντ᾽ ἐπιταχύνας, ὥς μοι προείρηται, καὶ ἔτεσιν οὐδ᾽ ὅλοις τρισὶν ἑκκαίδεκα μὲν ἀνδρῶν μυριάδας κατακανὼν τὴν δ᾽ Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἰωνίαν καὶ Ἀσίαν καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ, ὅσα Μιθριδάτης παρειλήφει, ἐς Ῥωμαίους ἀναλαβὼν, αὐτόν τε τὸν βασιλέα τὰς ναῦς ἀφελόμενος καὶ ἐς μόνην τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐκ τοσῶνδε κατακλείσας.* Quae non poterant dici, ante quam rata pax facta erat; triennium vero ab ejus in Graeciam profectione numerandum est.

si a. 87 Sullam in Graeciam trajecisse existimamus, pax incidit in vernum a. 84 tempus, quod egregie cum illa ratione convenit.

Sequitur, ut aliud ex ipsius narratione indicium petamus [1]). Sulla post collegae Pompeji caedem Romae erat. Appiani locum supra exscripsi. Atqui diu ante hiemem in Graecia erat; autumno igitur aut ante autumnum Roma profectus est. Itaque, cum praesente Sulla, ut diserte testatur Appianus, collegae caedes Romam nuntiata esset, cur consul nullus suffectus est, cum praesertim Sulla ab urbe discessurus esset, et prope dimidiatus superesset annus? Nolim contra me anticipatum a Cinna et Octavio consulatum afferri, de quo Frereti commeuto ad fatim supra est dictum.

At si anno 87 profectum Sullam existimamus egregie omnia conspirant. Tunc enim collega, caedes ad postremum a. 88 referri potest. Id quod magis etiam Appiani verbis comprobatur. Nam Pompejum eo fine a populo Romano ad exercitum missum esse scribit, ut ne Romae manenti ei factio Mariana, postquam consulatus praesidio ei esse desiisset, insidias strueret. Ea

[3]) B. Civ. L. I. p. 308 infr. Concidit igitur gravissimum Frereti et Woltersdorfii argumentum. Hic enim p. 34. "Cum Q. Pompejus, inquit, Sullae collega, urbem relinquere coactus esset, nam consulem eum occisum esse constat, Sulla Cinnam et Octavium consules fecit, ut in urbe consules essent. *Sulla in tam gravi re, qualem sese exhibuerit certo retulissent auctores, nisi tunc temporis in Graecia fuisset.*"

autem populi formido eo justior erat, quo magis ejus consulatus ad exitum vergebat.

Hactenus cum Appiano ipsius testimoniis certavimus. Restant duae reprehensiones, quibus ista ratio, qua anno 88 Sulla in Graeciam profectus est, liberari nequit. Alteram jam protulit De la Nauze, sed minus illam gravem quam altera est. Miratur enim, quomodo tam exiguum temporis spatium tot res capere potuerit, quot necesse est, si anno 88 Sulla in Graeciam trajecit. Nam si multum largimur, antumni initio Roma profectus est. Plurimae res enim, quas ante hiemem in Graecia gessit, vetant, ne profectionem infra illud tempus detrudamus. Atqui dimidiatus annus vix capit, quae ante Marii fugam et posthac, praesente adhuc Sulla, in Italia acciderunt. Post Marii enim fugam, civitatis statum ordinavit Sulla, et colonias aliquot deduxit [1]), quod ipsum reliquam anni partem facile poterat absumere. Dolendum sane, quod quo tempore Marius expulsus sit, ignoramus. Attamen non nimio ab hieme intervallo ejus fugam separaturum puto, qui hunc Appiani locum consideraverit. Marius, scribit [2]), ex Italia in Africam aufugit εἰργόμενος δὲ καὶ Λιβύης ὡς πολέμιος ὑπὸ Σεξτίου (Plut. V. Marii c. 40. Σεξτιλίου) διεχείμαζεν ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὸν ὑπὲρ Λιβύην.

Sed accedit aliud istius rationis incommodum. Si Sulla a. 88 Roma profectus est, primae pacis

---

[1]) Epitome Livii L. 77.

[2]) B. Civ. I. p. 387.

si a. 87 Sullam in Graeciam trajecisse existimamus, pax incidit in vernum a. 84 tempus, quod egregie cum illa ratione convenit.

Sequitur, ut aliud ex ipsius narratione indicium petamus [3]). Sulla post collegae Pompeji caedem Romae erat. Appiani locum supra exscripsi. Atqui diu ante hiemem in Graecia erat; autumno igitur aut ante autumnum Roma profectus est. Itaque, cum praesente Sulla, ut diserte testatur Appianus, collegae caedes Romam nuntiata esset, cur consul nullus suffectus est, cum praesertim Sulla ab urbe discessurus esset, et prope dimidiatus superesset annus? Nolim contra me anticipatum a Cinna et Octavio consulatum afferri, de quo Frereti commeuto ad fatim supra est dictum.

At si anno 87 profectum Sullam existimamus egregie omnia conspirant. Tunc enim collega, caedes ad postremum a. 88 referri potest. Id quod magis etiam Appiani verbis comprobatur. Nam Pompejum eo fine a populo Romano ad exercitum missum esse scribit, ut ne Romae manenti ei factio Mariana, postquam consulatus praesidio ei esse desiisset, insidias strueret. Ea

---

[3]) B. Civ. L. I. p. 308 infr. Concidit igitur gravissimum Frereti et Woltersdorfii argumentum. Hic enim p. 34. "Cum Q. Pompejus, inquit, Sullae collega, urbem relinquere coactus esset, nam consulem eum occisum esse constat, Sulla Cinnam et Octavium consules fecit, ut in urbe consules essent. *Sulla in tam gravi re, qualem sese exhibuerit certo retulissent auctores, nisi tunc temporis in Graecia fuisset.*"

autem populi formido eo justior erat, quo magis ejus consulatus ad exitum vergebat.

Hactenus cum Appiano ipsius testimoniis certavimus. Restant duae reprehensiones, quibus ista ratio, qua anno 88 Sulla in Graeciam profectus est, liberari nequit. Alteram jam protulit De la Nauze, sed minus illam gravem quam altera est. Miratur enim, quomodo tam exiguum temporis spatium tot res capere potuerit, quot necesse est, si anno 88 Sulla in Graeciam trajecit. Nam si multum largimur, antumni initio Roma profectus est. Plurimae res enim, quas ante hiemem in Graecia gessit, vetant, ne profectionem infra illud tempus detrudamus. Atqui dimidiatus annus vix capit, quae ante Marii fugam et posthac, praesente adhuc Sulla, in Italia acciderunt. Post Marii enim fugam, civitatis statum ordinavit Sulla, et colonias aliquot deduxit [1]), quod ipsum reliquam anni partem facile poterat absumere. Dolendum sane, quod quo tempore Marius expulsus sit, ignoramus. Attamen non nimio ab hieme intervallo ejus fugam separaturum puto, qui hunc Appiani locum consideraverit. Marius, scribit [2]), ex Italia in Africam aufugit *εἰργόμενος δὲ καὶ Λιβύης ὡς πολέμιος ὑπὸ Σεξτίου* (Plut. V. Marii c. 40. *Σεξτιλίου*) *διεχείμαζεν ἐν τῇ θαλάττῃ μικρὸν ὑπὲρ Λιβύην.*

Sed accedit aliud istius rationis incommodum. Si Sulla a. 88 Roma profectus est, primae pacis

---

[1]) Epitome Livii L. 77.

[2]) B. Civ. I. p. 387.

conditiones cadunt in postremum annum 87 aut initium anni 86, haud ita multo post proelium Orchomenium. Quod declarat narrationis apud Plutarchum Appianumque nexus; accedit, quod diserte Appianus [1]) Mithridatem, audita clade Orchomenia, Archelao imperasse ait, ut de pace cum Sulla ageret. Atqui de pace anno 84 demum coram inter eos convenit, nec ante solstitium aestivum in Fimbriam exercitus ductus est. Jam quis sibi persuadebit, Sullam, quem domesticae calamitates urgerent, integros duos annos in ferendis audiendisque conditionibus consumpsisse? Praesto erat victor exercitus et proditor Archelaus, qui consilia ejus adjuvaret. Quid igitur moras toleraret? Nec Sulla erat cunctator. Nisi forte tres illae legationes et expeditio, quam interim alendi exercitus caussa in Thraciam fecit (haec enim intercessisse feruntur), duorum annorum spatium expleverunt. Denique, si nostram rationem amplecti recusaris, relinquitur, ut Plutarchum expeditionem illam, qua Sullam consuli Valerio in Thessaliam occurrisse tradit, prorsus finxisse statuendum sit, idque cum Sullae commentarios ad manum haberet.

Jam ad finem huius disputationis pervenimus. Profectus est Sulla a. 87; captae sunt Athenae mense Martio a. 86.

Hoc demonstrasse videor, fortasse id etiam, Appianum et Plutarchum in Vita Sullae diversam inter se temporum descriptionem secutos esse.

---

[1]) Mithr. p. 206 supra.

Una restat difficultas, quomodo Plutarchus Metellae fugam et aedium eversionem in a. 85 ponere potuerit; male procul dubio, ut supra ostendimus. Nam incidunt illa in finem a. 87; ipsa vero in initio a. 86 ad maritum venit. Sed ipse Plutarchi error hanc disputationem nostram comprobat.

Nam si re vera jam antiquitus non convenit de belli illius chronologia, alteramque Plutarchus, alteram Appianus nobis exhibuit, optime Plutarchi error explicari potest. Etenim qui Sullam a. 88 Roma profectum esse existimarent, Metellae fugam et aedium eversionem non poterant non collocare post proelium Orchomenium, sicut fecit Appianus. Verisimillimum est igitur, Plutarchum ex illis scriptoribus quempiam secutum, Sullae quidem rebus gestis illa eodem loco inseruisse, sed quia sic postulabat temporum, quam ipse secutus erat, ratio, ad initium a. 85 retulisse, quod anno prius factum erat. De chronologia autem, quam Plutarchus in Vita Marii exhibuit, supra dictum est. Omnes igitur difficultates optime removentur, si mature duas temporum descriptiones fuisse statuimus, quarum alteram Appianus, alteram Plutarchus adoptaverit, ita tamen, ut utraque non ubique adcurate distinguenda in errores inciderent, omittere quaedam cogerentur, quae cum sua ratione conciliare nequirent, denique ipsi sibi ne sic quidem omnino constarent [1]).

---

[1]) Metellam igitur ad maritum venisse oportet, cum Athenae adhuc obsiderentur. Nam Roma eo tem-

EPIMETRUM.

Cum nostra memoria plerique Graecorum scriptorum tantum debeant virorum doctorum diligentiae, per molestum est, Dionem Chrysostomum tam diu derelictum jacere, qui neque indignus est nova editione, neque eruditae manus non indiget. Etenim, ut cetera taceam, quam parum curiose libri M. S. Parisini a F. Morello inspecti sint, argumento mihi est Oratio ad Alexandrinos. Possideo enim exemplum, in quo ad marginem illius orationis scripturae varietas ex duobus Codd. Parisinis enotata est.

Nunc vero, quoniam spatii aliquid typotheta mihi reliquit, corruptum Dionis et fere desperatum locum emendare conabor. In Orat. 45 (ἀπολογισμὸς, ὅπως ἔσχηκε πρὸς τὴν πατρίδα) Tom. II. p. 204. Reisk. haec leguntur: ταῦτα δ' εἰ μέν ἐστι χρήσιμα (καὶ) μεγάλα, ἢ μὴ πολλοῖς ὑπάρξαντα ἑτέροις, ἀλλ' ἢ μιᾷ πόλει, καὶ ταύτῃ σχεδόν τι τῶν ἐλλογιμωτάτων κατὰ τὴν Ἀσίαν· καὶ τηλικοῦτον ἔχουσῃ δίκαιον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, τοῦ θεοῦ παρ' ἐκείνοις μαν-

---

pore aufugit, tuta vero nusquam erat, nisi apud maritum. Et fortasse ipse Plutarchus, etsi non consulto, ejus rei indicium nobis suppeditavit. Nam in V. S. c. 7. et c. 13. et de Garrul. Tom. 10. p. 105 Hutten. saevitiae in Athenienses rationem ex convitiis repetit, quibus ipsum et Metellam de muris lacessiverint. Quae verba, si res integra est, ad praesentem potius quam absentem referuntur. — Ceterum sciens praeterii argumentum illud, quod temere quidam ex comparatione Graecorum et Romanorum mensium petiverunt.

τευσαμένου, καὶ προειπόντος τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ, καὶ πρώτου πάντων ἐκείνου φανερῶς αὐτὸν ἀποδείξαντος τῶν ὅλων κύριον· οὐ λέγω τοιοῦτον οὐδὲν, ὅτι ὑμεῖς μάλιστα τούτου ἐπιθυμεῖτε, καὶ χρόνος ἦν πολὺς, ὃν ἠλπίζετε ἐξηπατῆσθαι τοῖς ὑποσχομένοις μόνον τῶν ἡγεμόνων· (οὐ γὰρ δὴ τῶν ἰδιωτῶν οὐδεὶς οὔτε προσεδόκησε πώποτε, οὔτε ὑπέσχετο) τιμὰς ὑπερβαλλούσας ἐδίδοτε· πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ἀπαντῶντες πανδημεὶ καὶ περιμένοντες ἐν ἑτέραις πόλεσι τούτοις· ὡς ἐννοεῖν ἄξιον, καίτοι seqq.

Hoc primum non difficile est intellectu, distinguendum esse κύριον, οὐ λέγω τοιοῦτον οὐδέν· ὅτι δ' (particulam enim inserendam esse statim apparebit) ὑμεῖς cett. Finiri autem periodum v. ἐννοεῖν ἄξιον satis apertum est; καίτοι enim apte novam periodum introducit, et inde ab hac voce nulla jam difficultate offendimur. Quid igitur postremis verbis ἐν ἑτέραις πόλεσι τούτοις· ὡς ἐννοεῖν ἄξιον faciendum est? Reiskius quidem τούτους mavult; quod cum prorsus supervacaneum sit, tum illa mutatione non multum lucramur. At nihil nisi literae rectius disponendae erant τοῦτο ἴσως ἐννοεῖν ἄξιον, quae referuntur ad v. ὅτι δέ. Quo facto facillime omnia intelligentur, praeter v. καὶ χρόνος ἦν πολὺς ὃν ἠλπίζετε ἐξηπατῆσθαι seqq.; in quibus Reiskius aut καὶ ἐξηπάτησθε aut ἐξηπατημένοι scribendum duxit; nempe ut conjungantur v. ἐξηπάτησθε τοῖς ὑποσχομένοις (pro ὑπὸ τῶν ὑποσχομένων). Idem deinde καὶ ante τιμὰς inserit. Quae ratio vix cuiquam placere potest. Nam ut omittam insolentiorem

constructionem τοῖς ὑποσχομένοις ἐξηπάτησθε, at μόνον illud, sive ad ὑποσχομένοις refertur (et sic fieri collocatio verborum postulat), sive ad τῶν ἡγεμόνων, ineptam orationem habebis. Contra si vocem καὶ ante τοῖς ὑποσχομένοις posueris, deleta post v. ἡγεμόνων distinctione, conjungere licebit καὶ τοῖς ὑποσχομένοις ἐδίδοτε. Jam vero v. ἐξηπατῆσθαι haud dubie corruptum est, cujus in postremis literis καὶ illud latere apparet; relinquitur ἐξηπατης i. e. ἐξ ἀπατῆς, quod cum ἠλπίζετε conjungendum est. Reliquum est, ut locum emendatius scriptum apponam.

Ταῦτα δ' εἰ μέν ἐστι — — κύριον, οὐ λέγω τοιοῦτον οὐδέν· ὅτι δ' ὑμεῖς μάλιστα τούτου ἐπεθυμεῖτε, καὶ χρόνος ἦν πολύς, ὃν ἠλπίζετε ἐξ ἀπατῆς, καὶ τοῖς — ἐδίδοτε, πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ἀπαντῶντες πανδημεὶ καὶ περιμένοντες ἐν ἑτέραις πόλεσι· τοῦτο ἴσως ἐννοεῖν ἄξιον· καίτοι cett.

T H E S E S.

I.

In Plutarchi Vit. Pompeji c. 48. (Tom. IV. p. 201. Tubing.) pro *καὶ κατ' ἀντείσπραξιν* scribendum videtur *καὶ κατάντης πρᾶξιν.*

II.

Ibidem c. 80. p. 234. pro *εἰς Αἴγυπτον* [*Αὔγουστος* sic Cod. S. G. et Juntina] *οὕτω καταπεπληγμένην* — *ἄγους τοσούτου καταπεπλησμένην.*

III.

Non videntur Athenienses, semel institutis XII. tribubus ad X. et deinde XI. rediisse.

IV.

Errat Corsinus, qui Eusebium secutus Athenas, postquam in Antigoni Gonnatae ditionem venissent, eodem superstite rursus liberatas existimet.

V.

Apud Thucydidem L. VI. c. 97. init. *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ταύτης τῆς νυκτὸς τῇ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ ἐξητάζοντο καὶ ἔλαθον αὐτούς* — corrupta videntur et reponendum — *ταύτης τῆς νυκτὸς καὶ* (sic Codd. quidam) *τῇ ἐπιγενομένῃ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐξητάζοντο, ἔλαθον αὐτούς.*

VI.

Demosthenes in Oration. in Pantaenet. p. 979. 4. Reisk. non videtur scripsisse καταπεπλῆχθαι, sed καταπεπλάσθαι τὸν βίον.

VII.

Non temere factum est a Pindaro, quod in Pyth. IV. Epod. δ. cives Iasonem Oto et Ephialtae et Tityo, impiis et scelestis, comparantes fecerit.

VIII.

In Lysiae fragmento 6. p. 401. apud Bekkerum pro δίκαιος δέ εἰμι μηδέν — reponendum δίκαιος δὲ εἰ μηδέν — et statim pro συμβουλεύειν — συμβολαίου.